



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessio Fidei Exhibita Invictiss. Imp. Carolo V. Caesari  
Avg. in Comicijs Augustæ. Anno M. D. XXX.**

**Melanchthon, Philipp**

**Augsburg, 1535**

**VD16 C 4710**

Epilogvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34184**

ARTICVLI FIDEI

hil remiserint, ipsi uiderint, quomodo deo rationē reddaturi sint,  
quod pertinacia sua causam schismati præbent.

EPILOGVS.

**H**I sunt præcipui articuli, qui uidentur habere controuersia,  
quanquam enim de pluribus abusus dici poterat, tamē,  
ut fugeremus prolixitatem, præcipua complexi sumus, ex quibus  
cætera facile iudicari possunt. Magnæ querelæ fuerunt de in-  
dulgentijs, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis.  
Parochiæ multipliciter uexabantur per Stationarios. Insinitæ  
contentiones erant Pastoribus cum Monachis, de iure Parochia-  
li, de confessionibus, de sepulturis, de extraordinarijs concioni-  
bus, & de alijs innumerabilibus rebus. Huiusmodi negocia præ-  
termisimus, ut illa quæ sunt in hac causa præcipua, breuiter pro-  
posita, facilius cognosci possent. Neq; hic quicquam ad ullius cõ-  
tumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt,  
quæ uidebantur necessario dicenda esse, ut intelligi possit in do-  
ctrina ac ceremonijs, apud nos nihil esse receptum contra scriptu-  
ram aut ecclesiam Catholicam, quia manifestum est nos diligen-  
tissime cauisse, ne qua noua & impia dogmata in ecclesias nos-  
tras serperent.

Hos articulos supra scriptos, uoluimus exhibere iuxta edictũ  
C. M. in quibus confessio nostra extaret, & eorum qui apud nos  
docent, doctrinæ summa cerneretur. Si quid in hac confessione  
desiderabitur, parati sumus latiore informationem, deo uolente,  
iuxta scripturas exhibere.

Cæsareæ Maiest. V.

Fideles & subditi.

PRAECIPVE

Ioannes dux Saxoniae Elector.  
Georgius Marchio Brandenburgensis.  
Ernestus dux Luneburgensis.  
Philippus Landgravius Hessorum.  
Ioannes Fridericus dux Saxoniae.  
Franciscus dux Luneburgensis.  
Vuolfgangus Princeps ab Anhalt.  
Senatus Magistratusq; Nurnbergenfis.  
Senatus Reutlingensis.

subscriptores in quibus confessio huius  
catholicae resedit; o augustine  
o fallax perditionis magus. In  
nomine Dei in gentibus. Benedicite  
in nomine Abrahae omnes gentes.

F 2

APOLOGIA  
CONFESSIO  
NIS.